



Per.
Lat
020

LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Franciscus Kazinczy.

Centesimus hoc anno a. d. X. Calendas Septembres expletus est annus, ex quo Franciscus Kazinczy gravi per septemtrionalem Hungariae plagam¹ grassante² pestilentia³ leto abreptus est. Huius viri memoriam recolentibus nobis subeant oportet immortalia eius de litteris nostris merita. Etenim si reputaverimus, quam gravi veterno⁴ ac senio,⁵ priusquam propugnator⁶ ille acerrimus in campum descendisset, litterae nostrae iacerent oppressae, at post immensos eius labores et contentiones⁷ quam cito sese ex languore reficerent, quamque incredibilem vim vigoremque caperent, facile eum reformatorem litterarum nostrarum appellabimus.

Iam iuvenis amore litterarum occidentalium imprimis Germanicarum amore flagrans, humanitate doctrinaque populorum occidentalium imbutus nostros atque desidia⁹ torpescentes cum magno intervallo post eas gentes relictos videret, fixum penitus ei in animo erat omnibus viribus in eam curam incumberere, ut paene labantes¹⁰ litteras si steret patriamque nostram ad cultum humanitatemque revocaret. Ex hoc tempore

igitur dux et signifer scriptorum et poetarum suae aetatis exstitit et instigator¹¹ mentium. Admirabili illa, qua pollebat, animi agilitate nascentibus ingeniosis opem ferre, spem et fiduciam facere, stimulus addere, titubantibus errantibusque quam viam ingredierentur, monstrator adesse. Kazinczy cum alicui videret poetae scintillulam¹² ingenii emicare, eam ad flamمام exsuscitare properabat. Cum in mente eius cum nativa tum a Goetheo et Schillero ascita¹³ recti pulchrique inhaeret species,¹⁴ ad quam tamquam ad normam et regulam facta, dicta, scripta dirigeret, et ipse ab omni inculto, agresti, humili procul abhorrebat et aliis semper urbanitatis,¹⁵ elegantiae¹⁶ et venustatis¹⁷ auctor¹⁸ erat. Quamquam ipse poetica facultate parum enituit, tamen elegantia, subtili iudicio et assidua ingeniorum initiatione effecit, ut senex magnam poeta-

¹ tájék ² dühöng ³ pestis ⁴ álomkör ⁵ erőtlen ség ⁶ előharcos ⁷ erőfeszítés ⁸ hazánkbeli ⁹ tétlenség ¹⁰ omlófélben levő, pusztuló ¹¹ ösztönző ¹² szikrácska ¹³ magához vesz, elsajátít ¹⁴ eszmény ¹⁵ udvariasság, finomság ¹⁶ választékosság, jóízlés ¹⁷ finomság, elmésség ¹⁸ útmutató, példakép.



rum copiam et scriptorum excellentium effusam¹⁹ videret.

Non secus ac de litteris, de nostro meruit sermone augendo et amplificando, quam cum exterorum poetarum et scriptorum libros in Hungaricum vertens inopem, rudem atque incultum esse sentiret, summo opere in eius expolitionem²⁰ se contulit. Etsi iam quosdam Franciscum Kazinczy antecessisse statuas, quorum pericula²¹ et initia in lingua nostra augenda facta sint, verum tamen novandi sermonis atque excolendi auctorem et actorem, ducem ac principem eum fuisse, quis est, qui infitietur? Omnem curam eo tendebat, ut sermonem nostrum, qui adhuc pingue²² quoddam sonaret et expers elegantiae²³ esset, volubilem,²⁴ flexibilem, concinnum,²⁵ ad omnes cogitationum, sensuum et affectuum formas exprimendas et effingendas aptum atque habilem redderet. Quamquam vero eius administri et socii effrenata novandi cupiditate extra cancellos²⁶ natura constitutos egredientes multa vitiose et absurde²⁷ finixerunt, tamen ex surculo,²⁸ quem Kazinczy pepigisset²⁹ resectis

et amputatis vitiosis, laetissima effloruit ubertas³⁰ ita, ut si nostra lingua cum exteris atque iis cultissimis comparari non vereatur, ei acceptum necesse sit referamus.

Iam vero qualis et quantus vir! Multos licet invenias, qui poetico ingenio mentisque viribus ei antecellant, cui morum ille probitate, ne dicam sanctitate, innocentia, patriae germano³¹ et non fucato³² amore cedat, haud scio an neminem. Obversabatur³³ animo³³ eius semper quaedam recti, pulchri et perfecti species,¹⁴ quam adsequi si minus poterat, saltem semper sublimis³⁴ ad eam ferebatur.

Erat quaedam Francisco Kazinczy studiorum consiliorumque cum Stephano Széchenyi similitudo. Quā enim ille ad augendas excitandasque litteras nostras, eādem hic grassatus³⁵ est viā ad civitatis nostrae opes atque divitias fundandas³⁶ et exstruendas.³⁷

Carolus Ács.

¹⁹ kiterjedt ²⁰ kicsiszolás, tökéletesítés ²¹ kísérlet
²² darabos ²³ csín ²⁴ gördülékeny ²⁵ szép hangzású
²⁶ korlát ²⁷ képtelen ²⁸ bujtó ág ²⁹ ültet ³⁰ termékenység
³¹ valódi ³² hamis ³³ lelke előtt lebeg
³⁴ magasan ³⁵ halad ³⁶ megalapoz ³⁷ felépit.



Quo modo Caractacus imperator Britannus silentium¹ Romanis imperaverit?

Iam Romani diu contra Britannos pugnabant, ut finibus eorum potirentur, neque tamen gentem ferocem devincere poterant. Ductores enim hostium metu minuendo aliquisque belli incitamentis² animos³ spe⁴ imbuebant⁵ fore, ut Romanos a maioribus suis quondam e finibus pulsos viribus coniunctis superaturi essent. Eo tempore dux Romanus in Britannia *Ostorius* erat, cui tandem contigit, ut nono post anno, quam

armis⁴ in Britannia disceptari⁴ coeptum est, ordinibus hostium turbatis claram victoriam ex eis referret Caractacoque duce Britannorum capto omnem gentem in⁵ deditiōnem⁵ acciperet.⁵

Victoriae fama insulas evecta⁶ proximas pervagabatur provincias et per Italiam quoque celebrabatur. Romani avebant visere, quis ille tot per annos opes suas sprevisset. Nomen enim Caractaci haud ignobile erat Romae, quippe cuius virtutem fortitudinemque ipse caesar laudibus summis extulisset. Itaque dux in vincula coniectus Romae cum fratribus et coniuge filiaque ostentatus est populo. Omnes, qui aderant pompa, suspenso animo iudicium Claudii exspectabant. Sed Caractacus gravitate benevolentiam Romanorum ita sibi conciliavit, ut caesar ve-

¹ elhallgattat ² ösztönzés ³ felbizzat ⁴ viaskodik
⁵ meghódít ⁶ elterjedt.

VIRI ILLUSTRES

Cicero (106—43. a. Chr. n.)

Marcus Tullius Cicero, Romanae princeps eloquentiae Arpini equestri familia natus est. Verrucam¹ unus ex avis eius in naso sitam habuit grano ciceris² similem, unde cognomen Ciceronis ortum est. Litteras primas ab Archia poeta didicit, cuius tunc maxime celebratum erat in urbe Roma nomen. A puero studiis humanitatis deditus tantos in iis progressus fecit, ut admirationi esset omnibus. Satis constat adolescentem bonae spei sub principatu Sullae ad causas et privatas et publicas adire coepisse. Quantum dicendo valeret, primum adversus Sullanos ostendit. Quidam Roscius enim a Chrysogono, qui erat Sullae acceptissimus, accusatus est parricidii. Quem cum propter Chrysogonum nemo defendere auderet, tanta eloquentiae vi defendebatur a Cicerone, ut Roscius iudicium sententiis liberaretur. Attamien orator audax Roma discessit et Rhodum se contulit, ubi Molonem, rhetorem disertissimum³ audivit. Qui cum Ciceronem dicentem accepisset auribus, flevisse

niām⁷ ei tribueret⁷ concederetque, ut vinculis exsolutus quocumque vellet, ambularet. Dūcem Britannum liberum factum ambulantemque in viis «urbis aeternae» senatores, amplissimi viri ubique comitabantur. Urbem pulchram splendidasque domos Caractacus valde mirabatur summaque voluptate⁸ intuebatur. Tum repente ante aedem quandam constitit et admiratione tantarum divitiarum defixus⁹ exclamavit: «Quo modo fieri potest, ut vos, qui domos splendidissimas habetis, vestris non contenti casas nostras miserrimas stramentoque¹⁰ modo tectas oppugnatum in Britanniam veneritis? Non pudet vos aviditatis¹¹ vestrae inexplibilis?»¹¹ Certe nemo Caractaco respondere potuit. Barbarus simplex hoc modo elusit¹² Romanos victoria nimium elatos.

Ladislaus Pichler
disc. Sopianensis.

⁷ megkegyelmez ⁸ nagy elragadtatással ⁹ lenyűgözve
¹⁰ szalma ¹¹ telhetetlen kapzsáság ¹² megesufol.

fertur, quod per illum Graecia eloquentiae laude privaretur.

Annis labentibus principem inter oratores locum obtinuit. Denique lumen atque ornamentum reipublicae evasit, quando patriam peste Catilinaria liberavit.

Catilina enim facta coniuratione consules interficere, urbem incendere, aerarium diripere et rempublicam funditus⁴ evertere constituerat. Cicero consul vitatis insidiis coniurationem patefecit, quare ob patriam servatam Roma patrem patriae eum libera dixit. (Juvenalis). Conspirationis participes, qui erant Romae, trucidati sunt: contra ceteros vero tam atrociter pugnatum est, ut satellites sceleris Catilinae ad unum omnes perirent. Catilina ipse in medios hostes se iniecit ac longe a suis inter hostium cadavera repertus est: summis omnino laudibus esset efferendus, si pro patria mortem sic occubuisset!

Acerrimae illa tempestate inter Caesarem et Pompeium exortae sunt inimicitiae. Caesaris partibus adversanti Ciceroni vīctor Caesar ignovit. Caesare autem imperfecto quattuordecim orationes in Antonium vehementissime invehens pro republica habuit («Philippicae» sc. orationes). Qui cum inita cum Octaviano societate rerum potitus esset, Ciceronem sibi inimicum e medio tollere decrevit. Pater patriae salutem sibi allaturus primum navem concendit, sed cum mare ventorum vi agitaretur et iactationem fluctuum ferre non posset, taedium vitae eum cepit et regressus: «Moriar, — inquit — in patria saepe servata!» In itinere prominenti ex lectica caput praecisum est.

Libertate senatui erepta non se angoribus premi passus est Cicero, sed philosophiae ardens operam dabat, cui iam adolescens multum temporis tribuerat. Cicero senex philosophiae amans erat ita, ut merito dictus sit philosophiam a Graecis ad Romanos primus transtulisse. Video equidem Platonem prae ceteris eum adamasse, atque ad academicorum⁵ doctrinam se in primis applicuisse.

¹ szemölcs ² borsó ³ ékesszőlő ⁴ fenekestülp
⁵ Plato tanítványai. Nevüket az Academus herosnak szentelt térről nyerték (Athenaetől északnyugatra 6 stadiumnyira), ahol Plato tanított.

Multa exstant facete⁶ ab eo dicta. Cum Lentulum, generum suum exiguo corpore hominem longo gladio accinctum vidisset: «Quis — inquit — generum meum ad gladium alligavit?» — Femina quaedam nobilis iuniorum se, quam erat, simulans dictitabat se triginta tantum annos natam esse. Cui Cicero: «Credo equidem — inquit — nam hoc iam viginti annos audio!» — Caesar die Decembribus ultima altero consule mortuo, Caninium hora septima in reliquam diei partem consulem enuntiaverat (ergo in spatium quinque tantum horarum). Quem cum Cicero magna senatorum comitante caterva more salutatum adiret: «Festinemus — inquit ille — priusquam abeat magistratu!» De eodem Caninio scripsit Cicero: «Fuit mirifica vigilancia Caninius, qui toto suo consulatu somnum non viderit!»

Oratorum princeps apud posteros tantum gloriae consecutus est, ut Cicero iam non hominis nomen, sed eloquentiae habeatur. (S. Augustinus). Quintilianus eum cum Demosthene comparat, attamen certum est densiorem⁷ esse Demosthenem, Ciceronem vero copiosiorem⁸. *Sebastianus A. Módry.*

⁶ elmés ⁷ tömör ⁸ bőbeszédű.



LECTORIBUS MINIMIS.

Cancer¹ et simius.²

Olim cancer in spelunca parva habitabat. Domicilium mundum³ tuebatur³ et parce,⁴ sed honeste vivebat.

Quodam die, cum solito itinere ambularet, coctam⁵ oryzam⁶ invenit, reliquias⁷ alicuius viatoris. Raptim cibum sustulit, ut domum portaret. Subito adfuit⁸ simius, qui coctam oryzam maxime diligebat.

— Frater⁹ cancer — inquit —, vin' commutemus?¹⁰ Da mihi oryzam, ego tibi dabo armeniacam.¹¹

Simius enim suave pomum iam comedebat, sed nucleo¹² uti non poterat.

Cancer benevolus accepit permutationem.¹³ Simius statim avide¹⁴ oryzam devorat. Cancer nucleum domum tulit et ante speluncam in hortulo sevit.

Multo post simius venit ad speluncam et comiter salutat cancrum, qui in umbra pulchrae armeniacae¹⁵ quiescebat.

— Salve — inquit simius.

— Salve — respondet cancer.

— Hem¹⁶ — pergit simius —, quam pulchra poma fert¹⁷ arbor tua! Maxime esurio. Da mihi aliquot poma.

— Libenti animo — respondet cancer —; sed arborem ascendere non possum.

— Bono es animo¹⁸ — ait simius. — Iam ego, si per te licet,¹⁹ ascendam.

— Esto — respondet cancer benevolus. — Sed paciscor,²⁰ ut dimidia pars decerptorum pomorum mihi cedat.

Postquam hoc simius pollicitus est, uno ictu temporis²¹ in cacumen arboris ascenit. At quid tum nebulo fecit? Per otium²² condedit et quot potuit poma comedit et insuper etiam sacculos²³ farsit.²⁴ Cancro poma vermiculosa²⁵ effudit.²⁶

Quod ubi cancer vidit, exclamat:

— O te nequam²⁷ furciferum!²⁸ Haec cine est gratia pro mea benignitate? Sicine²⁹ stas promisso?³⁰

Sed simius etiam cruda³¹ poma decerpit eisque cancrum petit.³² Tum cancer ad dolum confugit.³³

— Domine simie! — exclamat — negare non possum te esse dextimum:³⁴ praecclare scandis, sed adeo onustus es, ut bene cernuare³⁵ non possis.

Simius his blanditiis captus³⁶ statim in ramo cernuare coepit. Sed interim omnia poma, quae in sacculos condiderat, excidunt. Cancer actutum³⁷ ea colligit et in domici-

¹ rák ² majom ³ tiszán tart ⁴ szükösen ⁵ fött
⁶ rizs ⁷ maradék ⁸ ott terem ⁹ koma ¹⁰ cseréjünk
¹¹ barack ¹² mag ¹³ csere ¹⁴ mohón ¹⁵ barackfa
¹⁶ ejnye ¹⁷ terem ¹⁸ ne aggódjál (ne búsolj) ¹⁹ ha megengeded ²⁰ kiköt ²¹ egy szempillantás alatt
²² kényelmesen ²³ zacskó ²⁴ megtöm ²⁵ férges ²⁶ ledobál ²⁷ haszontalan ²⁸ gézengüz ²⁹ hát így ³⁰ megartja igéretét ³¹ éretlen ³² megdobál ³³ folyamodik
³⁴ igen ügyes ³⁵ bukfencet hány ³⁶ elcsábítva ³⁷ tüsténit.

lium infert. Simius cum fraudem animadvertisset, velocissime de arbore decurrit et cancrum male³⁸ mulcat³⁹ et semianimem⁴⁰ relinquit.

Vicini, qui cancerum amabant, eum adiuvare et nebulonem punire decernunt. Primus venit crabro,⁴¹ cancerum foveat et consolatur. Deinde ad ovum et mortarium⁴² volat eisque narrat, quod malum facinus⁴³ simius fecisset.

Tum veniunt ad cancerum et consilium⁴⁴ ineunt,⁴⁵ quomodo simium frangere⁴⁶ possint. Mortarium enititur⁴⁷ in iugumentum,⁴⁷ ovum humi decumbit, cancer in foramen⁴⁸ se recipit.

Mox simius emergit⁴⁹ et consistit ante ianuam et simulata⁵⁰ paenitentiā veniam a cancro petit, quod ita eum laesisset. Sed quia nemo respondit, introspicit in speluncam et animo⁵¹ capto⁵¹ intrat. Sed cancerum nusquam videt. Tandem in ovum incidit;⁵² laetus illud arripit et carboni⁵³ candenti⁵³ imponit.

Iam praecipiebat⁵⁴ laetitiam,⁵⁴ cum ovum in pruna⁵⁵ maxima vi disrumpitur⁵⁶ et ramenta⁵⁷ putaminis⁵⁸ dura atque acuta in oculos et vultum simii affliguntur.⁵⁹ Eiulans⁶⁰ currit ad situlam,⁶¹ ut ingentem dolorem aqua leniat. Sed inde crabro evolans aculeum⁶² in simii nasum infigit. Mittit⁶³ ululatum⁶³ simius et ad ianuam currit. Sed ubi ad limen pervenit, mortarium decidit et caput simii vehementer percutit.

Sex menses simius saepe gemens et magnos dolores patiens lectum premebat. Cum convaluisse⁶⁴ longe vitabat speluncam, ubi cancer habitabat.

V. Fehér.

³⁸ alaposan ³⁹ elpáhol ⁴⁰ félholt ⁴¹ darázsz ⁴² mozsár ⁴³ csiny ⁴⁴ tanácsot tart ⁴⁵ ártalmatlanná tesz ⁴⁶ felkapaszkodik ⁴⁷ keresztgerenda ⁴⁸ lyuk ⁴⁹ előjön ⁵⁰ szinlelt ⁵¹ nekibátorodva ⁵² ráakad ⁵³ izzó szén ⁵⁴ előre örül ⁵⁵ parázs ⁵⁶ szétpattan ⁵⁷ szilánk ⁵⁸ tojáshéj ⁵⁹ nekivágódik ⁶⁰ jájgatva ⁶¹ dézsa ⁶² fullánk ⁶³ felordít ⁶⁴ meggyógyul.

=====

Omnis, quorum in alterius manu vita posita est, saepius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere.

(Cicero.)

Heu, sal patriae!*

Iam et iuvenes, qui operam dant scientiis et artibus, sciunt quanta crudelitate atque iniuria hostes victoria ebrii et furibundi regnum nostrum despoliaverint. Tritici fertilitate excellentia arva, toto mundo nota, grandes et bene cultae silvae, nobilium et aliorum vis ingens metallorum, pascua silvestria pecorum gregibus alendis apta, maxima pars fabricarum, optimae fodinae¹ anthracis,¹ celebres et ingentes fodinae salis, denique omnia cara erpta sunt nobis mancipiisque hostium barbarie notis distributa. Vix possumus unquam hanc immanem amantissimae patriae nostrae stragem sine lacrimis perpendere.²

Missis aliis rebus nunc solum in memoria iuvenum revocamus (exploratorum³ praesertim, quique in societatem,⁴ quam dicunt «Carpathianam»⁴ ascripti sunt) in nostra carissima patria immensam saxei salis quantitatatem esse reconditam, cuius extensio et altitudo vix potest determinari, immo salem sine tegmine⁵ glebae,⁵ — ut coni⁶ vel pyramides — super terrae faciem eminere. (Parajd, Szováta.)

Ad eruendum salem 9 fodinae sunt apertae, cavae atque grandiosae. Ex autopsia⁷ ausim dicere has saxei salis fodinas totius Europae et ditissimas et sollertissime cultas esse. Excavant annuatim ter vel quater decies centena millia mtr. q.⁸ salis saxei. Si in tota Europa nil esset salis, toti facile provideremus⁹ salem per saecula, nec conjectura¹⁰ determinabilia.¹⁰ (Quamvis nos non sumus assueti res nostras efferre,¹¹ ut circulator¹² suum equum!) Et huius thesauri ne mica¹³ quidem nunc nostra est.

Iuvenes spes nostri futuri status, consolamini vestros parentes patriamque esse vos facturos saltem, quod per vos fieri possit.

* Opusculum auctor iam mense Februario ad nos misit, sed spatii angustiae impediebant, quominus usque adhuc in nostras paginas referretur. Ex eo tempore in comitatu Somogy vestigia salis comparuerunt, sicut auctor in fine opusculi praedixit. ¹ szénbánya ² mérlegel ³ cserkész ⁴ «Kárpáti Egylet» ⁵ földtakaró ⁶ kúp ⁷ látásból szerzett tapasztalat ⁸ métermársa ⁹ ellát ¹⁰ hozzávetőleg meghatározott ¹¹ kérkedni ¹² cigány ¹³ szem.

Immo forsitan aliquid praecipue poteritis praestare. Peragantes colles et valles, pulchritudine camporum delectemini, sed ubique scrutemini minimos etiam fontes et cuiusque aquam gustate. Si salis sapor¹⁴ apparebit¹⁴ in aqua, haurite de ea in lagenulam¹⁵ locumque bene notate. Domi magister rerum naturalium per destillationem profecto aliquot centesimas¹⁶ salis offendet.¹⁷ Si eius iudicio sat magna est quantitas salis, sine mora nuntietur res regimini,¹⁸ quod geometras¹⁹ mittet ad perscrutandum locum. Ubi enim fontis aqua salsa est, ibi verisimile est aquam per salis solidi stratum²⁰ transire. Geologica signa et vestigia difficiliora sunt vobis ad indagandum salem.

Aliquid salis soluti etiam aqua maris continet²¹ (5-9 %), lacus maiores et putei;²² sed hoc nihil nobis prodest.

Frustra quaerimus salem in magna Hungariae planicie, quod monstrant multae terebrationes,²³ sic dictae artesianaæ,²³ in altitudine locorum factæ. Item non quaerendus est sal in altis saxosisque montibus.

Sal plerumque in collibus occurrit,²⁴ qui in vicinio sunt altorum montium et limo constant, sub quo stratum quasi fluviatilium²⁵ rotunde detritorum lapillorum²⁶ est, mox sal saxatilis.

Apud nos aliquam spem praebet tractus²⁷ collum in comitatu Neograd inque comitatibus huic vicinis. Prope Ipolyság fons salsa aquæ est; reperitur porro sal in comitatibus Somogy, Veszprém, Vas.

Ergo macte animo! Inclamamus nobilis animi iuvenibus et id, quod portis fodinarum saepe inscriptum est quoque fossores Hungarici se invicem salutare solent: «Áldás, szerencse!»

/Kalocsa./

Michael Tóth S. J.

¹⁴ az iz megérzik ¹⁵ kis üveg ¹⁶ százalék ¹⁷ talál ¹⁸ kormányzat ¹⁹ mérnök ²⁰ réteg ²¹ tartalmaz ²² kút ²³ artézi kút-furások ²⁴ előfordul ²⁵ folyóvizi ²⁶ kavics ²⁷ vonulat.

Mavelim mihi inimicos invidere, quam me inimicis meis. Nam invidere alii bene esse, tibi male esse, miseria est. Qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem habent. (Plautus.)

Inclyti inventores.¹ (1.)

Brevissima artis² aeronauticae² historia.

Scripsit Aemilius Láng.

Iam inde a remotissimis temporibus fuere homines, qui superba quasi animi arrogantiæ ducti machinam meditarentur, qua se humo tollerent atque avibus similes inter coelum et terram volitarent. Spe et possibilitate volandi mentem antiquissimorum hominum quoque ad iter per aëra tentandum excitatam fuisse testatur Daedalus ille ab Ovidio ingeniose excogitatus.

Licet prima incepta in³ irritum³ ceciderint,³ neque tamen homines malo eventu deterriti sunt, immo iterum atque iterum pertinaci cum constantia ad eandem rem redierunt. Ita factum est, ut denique principium⁴ in⁴ aëre⁴ natandi⁴ reppererint, quod nihil aliud est, quam illud Archimedis: corpus solidum⁵ fluido⁶ specifico⁶ graviori⁶ immersum consistere nequit, sed in eo ascendere cogitur, nam differentia ponderum fluidi suo loco depulsi et corporis sursum⁷ propellitur.⁷ Quae differentia est vis⁸ attollens.⁸ Naves et pisces in aqua hac lege natant atque corpora, quae specifico⁹ leviora⁹ sunt aëre, eadem ratione alta¹⁰ petunt.¹⁰ Postquam Henricus Cavendish, chemicus et physicus Britannicus, qui prima fundamenta doctrinae de variis aëribus¹¹ analyticæ posuit, anno MDCCCLXVI. reppererat gas¹² hydrogenium¹² multis vicibus levius esse aëre¹³ atmosphaericō,¹³ Tiberius Cavallo in Britannia, Georgius Christophorus Lichtenberg in Germania primi erant, qui a. MDCCCLXXXII. bullas¹⁴ chartaceas¹⁴ gas hydrogenio inflatas in altum emiserunt. Quae prima fuerunt corpora ab homine producta, quae terrā relicta in¹⁵ altum¹⁵ fugerunt.

Principio Archimedis innixus Franciscus Lana, sacerdos e Societate Iesu, anno MDCLXX. lintrem meditabatur cum quattuor bullis¹⁶ ex tenui lamina¹⁷ confectis, ex quibus

¹ feltaláló ² léghajózás ³ nem sikerül ⁴ a légi úszás elve ⁵ szilárd ⁶ nagyobb fajsúlyú ⁷ fölhajt ⁸ fölhajtó erő ⁹ könnyebb fajsúlyú ¹⁰ fölszáll a magasba ¹¹ gázok ¹² hydrogéngáz ¹³ lékgöri levegő ¹⁴ papírgomb ¹⁵ a magasba ¹⁶ gömb ¹⁷ pléh, bádog.

aer ope antliae¹⁸ pneumaticae¹⁸ extrahendus fuerat. Bullas enim aere extracto¹⁹ elevatas etiam lintrem secum abrepturas esse arbitrabatur. Cuius rei ratio²⁰ autem valere non potuit, quod bullae tenues aeris expertes externo aere compressae atque contusae essent.

Anno MDCCXXXVI. *Guzmao*, doctissimus vir Lusitanus²¹ textum²² ligneum²² glutineo²³ papyro obductum fecit, cuius aera igni succenso adeo rarefecit,²⁴ ut una cum eo et ipse coram magna frequentia hominum se altissime sublimaverit. Qui a vulgo stupidu praestigiator²⁵ in carcerem coniectus, sed a rege liberatus experimentis in aeternum destitut.

Fratres Montgolfierii anno MDCCLXXXIII. follem²⁶ linteum intus²⁷ papyro vestitum²⁷ construxere, qui accenso intra stramento²⁸ eoque modo aere rarefacto atque folle expanso in civitate²⁹ Annonensi³⁰ in magnam atmosphaerae³⁰ altitudinem eluctatus est. Paulo post alter follis Versaliis³¹ praeidente rege Ludovico XVI. cum ovi, anate³² et gallo³³ in³⁴ sublime³⁴ actus³⁴ quindecim minutis post una cum animalibus incolumibus leniter humum delapsus est. Spectatores auctores inventi³⁵ mirabilis laudibus efferebant.

Eodem anno *Pilâtre de Rozier* et *d'Arlandes* marchio³⁶ in corbe³⁷ sub folle suspensa sedentes aera petierunt et exinde incolumes ad terram appulerunt. Sed idem Rozier, aeronavi³⁸ *Calet*³⁹ *Dubrim*⁴⁰ cum veheretur,³⁸ folle displosio⁴¹ in⁴² praeceps⁴² datus⁴² misere periit. Quod experimentum duobus annis post feliciore fortuna a duobus aeronautis⁴³ nomine *Blanchard* et *Jeffries* iteratum est, qui aeronavi sua Dubri profecti supra mare sine ulla clade Caletum transvolarunt.

Eodem anno, quo a fratribus Montgolfieriis experimenta facta fuerant, *Alexander Charles*, professor physicorum follem serico⁴⁴ compositum et vernice⁴⁵ e resina⁴⁶ elastica obductum hydrogeno explevit, quod gas multo levius est aere calido. Qui follis, cuius volumen⁴⁷ XL m³⁴⁸ fuit, Lutetiae⁴⁹ Parisiorum⁴⁹ in sublime propulsus diu dubius pendebat, mox displosus⁵⁰ in terram decidit. Charles experientia doctus follem ventili⁵¹

instruxit, ut hydrogено superfluo emissio impedit, ne disploderetur. Praeterea saccos⁵² arenae⁵² secum tulit, ut — si opus erit — harena effusa onus minueret eaque ratione follem per aera delabentem iterum sursum ageret. Toti folli rete⁵³ cannabis⁵³ raris nodis contextum circumdedit, cuius funibus dependentibus corbis sustinebatur. Idem ipse primus ancora usus est. Charles cum socio Roberto spectantibus civibus Parisianis aeronavem ita correctam concendit, aera petiit et duas horas coelo vectus feliciter ad terram rediit.

Tunc temporis est inventa umbella⁵⁴ aeronavalis,⁵⁴ quam umbellam⁵⁵ malipellam⁵⁵ nominare haud dubitaverim, novum enim instrumentum tergo aeronautae alligatum caddendo patescit et hominem terrae *incolumem* reddit.

Meusnier praefectus⁵⁶ fabrum⁵⁶ primus saccis⁵⁷ aere⁵⁷ inflatis⁵⁷ usus est, ut hydrogено deficieni ex eis aer succederet, qui follem collabentem iterum expleret expanderetque. *Green* autem pro hydrogено cariore ad follem explendum primus gas⁵⁸ hydrogenio⁵⁸ carbonato⁵⁸ usus est. Ex eo tempore innumeri ubique aeronautae facti sunt, qui autem maximam partem tantum urbibus spectaculo⁵⁹ erant, neque indagationes⁶⁰ physicas curabant. Praeter quos inventi sunt plurimi docti, qui tota mente laborarent, ut artem aeronauticam perfectiorem redderent. Anno MDCCCIV. *Gay-Lussac* et *Biot* aeronavi iam in altitudinem septem milium metrorum evecti sunt, alii etiam altius. Tunc temporis aeronautae iam barometro⁶¹ quoque secum ferebant. Fuerunt etiam, qui plures horas, quin imo dies in aere se tenuerint.

(*Ad numerum proximum.*)

18 légszivattyú 19 kiszivattyúz 20 terv 21 portugál
 22 faváz 23 enyves 24 megritkit 25 mint szemfénnyvesztő 26 gömb 27 kibélel 28 szalma 29 Annonay város 30 légkör 31 Versailles 32 kacsa 33 kakas 34 a magasba fölereszte 35 találmány 36 örgróf 37 kosár 38 léghajóz 39 Calais 40 Dover 41 szétróban 42 lezuhan 43 léghajós 44 selyem 45 máz 46 mézga, fagyanta 47 térfogat 48 köbméter = *metrum cubicum* 49 Páris 50 szétpukkad 51 szelep (középkori latinság)
 52 homokzsák 53 kenderfonálból való háló 54 ejtőernyő 55 bajelhárító ernyő 56 műszaki tiszt 57 légszák 58 világítógáz 59 látványosság 60 kutatás 61 légsúlymérő.

Corona^{*} vitae. (1.)

Ad fabulam *Felicit Nabor* Latine scripsit
Valentinus Fehér.

I. In templo Vestae.

Marcus Fulvius, pontifex maximus, in templo Vestae, quod erat in clivo Palatini montis, sacra¹ deae faciebat:¹ e vase aureo vinum bibit, reliquias² in aram effudit. Dein extensis³ manibus supplex⁴ imaginem deae magnam intuebatur.

Inter columnas templi virgines Vestales albatae⁵ stabant. Propter⁶ aram in alto triponde⁷ ardebat sacer ignis, quem ab eis nutriti⁸ oportebat. Si ignis extinctus erat,⁹ virgo custos capite¹⁰ poenam¹⁰ luebat.¹⁰

Vestalibus tum deerat virgo pulcherrima, Sabina, filia pontificis. Tribus enim ante diebus, cum ipsa in templo noctu vigilare deberet, praeter extinctum ignem dormiens inventa erat. Ceterae virgines, quae illi propter superbiam et pulchritudinem invidebant, confessae erant se vidisse illam in aesculeto¹¹ sacro muris circumdato cum viro loquentem; ideo deseruisse¹² officium, ideo sacram ignem extinctum esse.

Marcum Fulvium de sua filia iudicare oportebat; qui, ut erat vir iustus ac fidelis, severe¹³ iudicaverat. Sabina negaverat se cum viro locutam esse; at virgines Vestales per deam iuraverant se verum dicere; praeterea ignis extinctus manifeste¹⁴ culpam Sabinae coarguebat.¹⁵ Ideo Marcus Fulvius, cum intus¹⁶ dolore cruciaretur,¹⁷ tamen pronuntiaverat sententiam legis: *Sabinam vivam sepietendam esse.*

Marcus Fulvius de re imperatori Tiberio rettulerat,¹⁸ qui iudicium comprobarat.¹⁹

Pontifex deae supplicabat,²⁰ ut innocentiam filiae patefaceret. Sed quamvis ferventer²¹ ac pie precaretur, vultus deae mansit immotus. Tum demissis²² manibus annuit²³ virginibus, ut discederent. Ipse mox eas secutus est in atrium, ubi pro Sabina nova Vestalis caperetur.²⁴

Pater volebat eligi alteram filiam, Rubinam, quae in atrio Vestae educabatur. Non ille quidem ignorabat Rubinam recusare hoc munus,²⁵ sed tamen sperabat contumaciam²⁶ eius fractum iri.

Sors Rubinam contigit.²⁷ Quod ubi haec vidisset, exclamans ad genua patris procubuit.

— Dimitte me — inquit — liberam; nolo in templo manere.

— Cum dea te elegerit — ait severe Marcus, — hic nulla datur provocatio.²⁸ Hodie, priusquam sol occiderit, incipies ministerium et sacram ignem custodies.

Postero die pompa²⁹ funebris²⁹ ab atrio Vestae profecta est. Sacerdotes anteibant; hos sequebantur augures, dein taediferi,³⁰ virgines Vestales, praefectus urbi cum militibus praetorianis. Agmen claudebat Sabina mortis damnata. Servus lucernam,³¹ urceum³² aquae, panem ante eam ferebat; aliis cum ramo cupressi³³ sequebatur: hoc significabat Sabinam quasi morti desponsam esse.³⁴

Sabina oculis requirebat patrem, quem tamen nusquam reperiebat. Is enim ante aram deae genibus³⁵ nixus³⁵ precabatur, ut dea virginem a morte servaret.

In campo, prope hortum Sallustianum, profundum³⁶ sepulcrum erat fossum. Sabina superba et contumax institit in supremo gradu³⁷ scalarum,³⁸ quae in sepulcrum demissae erant et clamavit:

— Ego sum innocens.

Tum in sepulcrum descendit. Satelles eam secutus lucernam et urceum in lapide posuit, lucernam accedit, panem Sabinae tradidit.

Deinde satelles ascendit et scalas subduxit.³⁹ Foramen⁴⁰ magno lapide clausum et terra obrutum est.⁴¹

Sacerdotes et Vestales cantantes ter sepulcrum circumierunt.

Marcus Fulvius cibo abstinenſ⁴² octo dies cottidie mane et vespero exiit ad sepulcrum et genibus nixus clamavit:

* Korona. 1 áldozatot mutat be 2 maradék 3 kiterjeszt 4 könyörögve 5 fehérbé öltözött 6 mellett 7 háromláb 8 táplál 9 kialszik 10 életével fizet 11 tölgyes 12 elhanyagol 13 szigorúan 14 kézzelfoghatóan 15 igazol, bizonyít 16 belsejében 17 kínoz 18 jelentést tesz 19 helyben hagy 20 könyörög 21 buzgón 22 leereszt 23 int 24 választ 25 hivatal 26 makacság 27 esik 28 fellebbezés 29 gyászmenet 30 fályások 31 lámpa 32 korsó 33 ciprus 34 eljegyez 35 térdén állva 36 mély 37 fok, lépeső 38 létra 39 felhúz 40 nyílás 41 beföd, behány 42 tartózkodva



— Vivisne adhuc, Sabina, filia carissima?

Octavo die cum ei persuasum esset⁴³ deam opem non tulisse et filiam esse mortuam, furore captus irruit in adytm⁴⁴ Vestae, sacram ignem extinxit et arrepto malleo⁴⁵ filiae, quae eum impedire volebat, clamavit:

— Deam contundo.⁴⁶ Gloria deorum est falsa et mendax. Non sunt dii!

Marcus aram malleo minutim⁴⁷ fregit; signum deae labefactatum⁴⁸ magno fragore⁴⁹ de basi⁵⁰ praecipitavit.⁵¹

Sacerdotes lamentantes⁵² ingressi manus extenderunt, ut Marcum caperent. Hic tamen malleum ventilans⁵³ exclamavit:

— Recedite,⁵⁴ ignavi servi! En videte deam vestram inopem. Non sunt dii!

Dein revulsam⁵⁵ de capite infulam⁵⁶ ad pedes sacerdotum iecit.

— Nolo — inquit — amplius esse pontifex. Abibo verum deum requisitum. Sed prius adeo Caesarem eique de re facta deferam. Rubina, hic iam nil⁵⁷ habemus⁵⁷ negotii.⁵⁷

⁴³ meggyőződik ⁴⁴ szentély ⁴⁵ kalapács ⁴⁶ összezúz ⁴⁷ darabokra ⁴⁸ meginog ⁴⁹ robaj ⁵⁰ talapzat ⁵¹ lezuhan ⁵² jajveszékel ⁵³ csívál ⁵⁴ vissza! ⁵⁵ letép ⁵⁶ papi szalag ⁵⁷ semmi keresni valónk.

EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Cum Alexander Magnus in Asiam profectus esset, peragrabat campos, ubi vetus Illi sedes monstrabatur. Tum quidam ex incolis ei lyram Paridis obtulit. Alexander: «Quid — inquit — offers mihi vile mollium deliciarum instrumentum? Achillis lyram quaero, qua ille fortis facta virorum fortium canebat».

Plutarchus.

Thespis ipse tragicam, quam scripserat, Athenis agebat. Inter auditores fuit Solon. Peractā fabulā Solon convenit¹ hominem et: «Non te pudet — inquit — talia mendacia proferre in tanta hominum corona?»² Thespis respondit nihil incommodi³ esse haec per ludum fingere et dicere. Tum Solon indignans et terram baculo graviter percutiens: «Atqui — inquit — si hunc ludum probamus et amplectimur⁴, eum brevi in omnibus negotiis nostris reperiemus». Plutarchus.

¹ felkeres, megszólít ² gyülekezet ³ kár, baj ⁴ felkarol.



Iocosa.

Adulescens levis cavillabatur¹ anum. Cuius ut acrius iram concitaret, quot annos nam haberet, interrogabat. — Illa prompta dicensi: «Vetustior, inquit, quam vetula sexagenaria, credo, est viginti annorum asinus.»

*

Cocles² cum primo mane deambulatum iret, homini gibbo³ obviam venit. Hunc salse interpellat: «Bonum diem auspicor, amice; utique valde mature istud onus tuum humeris sustulisti.» «Recte» ille; «ego prius hoc baiulabam,⁴ quam tu plus unam fenestrarum aperuisses!»

Historiuncula.

Latine scire quanto possit esse commodo.

M. Antonium Muretum (1526—1585)⁵ in genuina Quiritium lingua tam versatum fuisse constat, quam qui maxime. Hic dum ab urbe Tolosa⁶ in Italianum revertitur, levem motiuncula⁷ tentatus, in diversorio constituit aliquamdiu manere. Illuc duo medici accessiti venerunt visum. Qui posteaquam satis diu inter sese collocuti sunt Latino sermone usi, ne intelligerentur, — putabant enim hominem Latine nequaquam scire, — sermo ad novum remedium, quod nondum quisquam expertus esset, devenit. Hinc infirmi animus angi coepit. Cum vero alter ad alterum diceret: «Faciamus experimentum in corpore vili», Muretus magnum periculum pertimescens e vestigio sarcinulis expeditis aufugit, atque ideo, ut saepe fit, per timorem vitae, vires corpori recuperavit. Sic lingua Latina ut consilii erat causa, ita etiam origo valetudinis restitutae. J. H. Salisb.

¹ ingerkedik, tréfával sérteget ² = altero oculo captus ³ púpos ⁴ vállára vesz ⁵ a human, művészeti kiváló tanító mestere. Franciaországban és Italiában (Velencében, Páduában s legutoljára Rómában) műköött ⁶ ma: Toulouse ⁷ kis láz.

NATURALIA


Formica rufa.¹

Certe fuistis iam in silva aliqua, ubi formicae super et desuper² reptantes³ videri potuerunt. Docti usque ad hoc tempus formicas rufas silvis periculosa esse praedicaverunt. Sed nuperrime vir doctissimus Germanus, *Eidmann*, formicas rufas non solum silvis minime noxias, immo utilissimas esse demonstravit. Formica enim unica per aestatem⁴ circa vicies centena milia⁵ insectorum⁶ praedatur. Itaque in silvis, ubi formicae rufae haud desunt, arbores pulchiores integrioresque, ac alibi, crescunt. (M.)

¹ vörös hangya ² fel és alá ³ mászkál ⁴ egy nyáron ⁵ két millió ⁶ rovar.

Solutio aenigmatis numeri X. anni XV.

X E R X E S	Aenigma recte dissolverunt:
E L A V E R	<i>Aristides Turopoli</i> (Kalocsa) et
R H O D U S	<i>Carolus Kossitzky</i> (Veszprém).
X Y N I A E	
E N N I U S	Praemium Carolo Kossitzky
S E M E L E	sorte obvenit.



I.

Super lacum Peisonem¹ feri anseres volabant. Quos cum anser, in litore *solus* blaterans² plumasque suas purgans³ consiperet: «Salvete, alloquebatur eos, *centum* anseres!»

Cui illi: «Non sumus nos, amice, *centum* anseres. Si *praeter*⁴ numerum nostrum, qui nunc est, *bis tantum* haberemus numerum atque *etiam tu nobiscum* essemus, tunc *tantum* essemus *centum* anseres!»

Quot anseres super lacum volitabant?

¹ Balaton ² gágog ³ tollászkodik ⁴ kívül, felül.

II.

(*Uxor clarissimi oratoris.*)

entia
entia
entia

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Rector: F. Kohl.

III.

pares I. pares

IV.

+Vin-	u—	bal,	
ni	to—	scis	ti
scis.	ce—	a	vic—
ri—	Han—	ne—	re

(*Ad saltum equulei.*)

Alexius Czuppon.

V.

o	c	n
l	p	a
n	a	e
a	r	p
t	u	o
v	i	a
u	d	s
l	p	u

Litterae ordinentur ita, ut quartā quāque expletā vocabulum notissimum efficiatur.

Epistolia Officialia.

Alexander Skripecz: Aenigma tuum in aliquo proximo numero publicabitur. — *Iulus Valtamán*: Opuscula tua prodibunt. Noli credere oblitum me esse ea, quae adhuc mihi miseris, sed spatiī angustiae impediebant, quominus tua cum lectoribus communicarentur. Itaque te rogo, ut patientiam adhibeas, dum omnia tua in paginas nostras referantur. — *Ad omnes benevolos lectores*: Rogamus vos, ut *Iuventutem eodem amore, quo annis superioribus, amplectamini. Profitemini nomina inter subscriptentes et mittite nobis opuscula quam plurima. Valete!*

Iuventutem nostram, tot aerumnis iam superioribus post bellum annis exercitam, lege curatorum rerum Hungaricarum, quae de minuenda ephemeriduni amplitudine nuperrime data est, hoc anno breviorem contractioremque foras edere iubemur. — Proximus quoque noster numerus, ne amplitudinem ephemeridibus lege concessam excedamus, iterum duplex, mense Novembri prodibit.

Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22., ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermediolarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)



Per.
Lat
020

LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Elias Bitter.


Feriis¹ magnis initis¹ accepimus² reverendissimum ac clarissimum dominum, cuius imaginem huic paginae imposuimus, quadraginta annis ante sacerdotium subiisse.

Elias Bitter, alumnus et addictus ordinis Cisterciensium Sancti Bernardi, primum Sopianis magisterium³ obtinuit,³ eodem tempore autem etiam scholam⁴ puellarum⁴ maiorem⁴ sororum «Notre Dame de Sion» quae vocantur, administrabat eiusque instituti⁵ primus rector factus est. Anno 1912. a Remigio Békefi, abbatem⁶ Zircensi gymnasio Budapestini erigendo⁷ praepositus, non solum huic officio praestantissime satisfecit, sed etiam novis aedibus gymnasii ex-

struendis et adornandis⁸ tanta cura interfuit, ut haec sedes musarum et pulchritudine⁹ architecturae⁹ et novitate¹⁰ supellectilis¹⁰ omnium huiuscemodi aedificiorum spectatissima¹¹ evaserit, cui parem haud usquam invenias.

Quamquam rectoris¹² muneribus¹² multifarie¹³ occupabatur, tamen omnes fere institutiones Catholicae assidue, re¹⁴ et verbo¹⁴ adiuvabat. Quo factum est, ut sodalibus¹⁵ Academiae Sancti Stephani assumeretur.¹⁵ Societatis magistrorum intermedischolarium Ca-

¹ a szünidő elején ² értesültünk ³ tanároskodott
⁴ felsőbb leányiskola ⁵ intézet ⁶ apát ⁷ szervezésre
⁸ felkarol ⁹ építészeti szépség ¹⁰ új (modern) felszerelés ¹¹ kiváló, mintaszűrű
¹² igazgatói teendők ¹³ sokfelé ¹⁴ szóval és tettel ¹⁵ tagjai közé felvették.





tholicorum praeses¹⁶ electus prima fundamenta Collegii Sancti Gerhardi iecit, quod est nunc aptissimum domicilium¹⁷ et seminarium,¹⁷ ubi filii academias frequentantes magistrorum educantur. Idem auctor¹⁸ et commendator¹⁸ est Foederationis Americanae, societatis amplissimae¹⁹ academicae²⁰ iuventutis²⁰ Catholicae ad eum finem²¹ constitutae,²¹ ut fides²² et mens²² Christiana²² contra rationes²³ et motus²³ hostiles ordinem²⁴ rerum²⁴ perturbantium firmetur et defendatur. Senatus²⁵ litterario²⁵ publico²⁵ item ac Catholico ascitus²⁶ multum de renovandis²⁷ scholis²⁷ meruit.

Pro his et aliis meritis primum titulo rectoris superioris regii, tum corona²⁸ civica²⁸ II-ae classis a Gubernatore ornatus, anno autem 1927. dignitate Abbatis Claravallensis²⁹ a summo pontifice, Pio XI. auctus est sibique pro ratione³⁰ vitae «Lucere et ardere» proposuit



De Gordio et de nodo Gordensi.

I. Quis fuerit Gordius?

Gordius agricola Phryx erat. Aliquando agrum suum arabat, cum omnis generis aves eum circumvolare cooperunt. Quod ubi puella quaedam vaticina¹ comperit, haec Gordio dixit: «Aves te regem futurum esse portendunt.»²

Vaticinationem³ brevi fides⁴ secuta⁴ est.⁴ Phrygibus enim oraculum consulentibus, quemnam sibi regem potissimum crearent, hoc responsum datum est: «Ite ad templum Iovis et eum, qui plaustro⁵ vectus primus vobis obviam venerit, create regem!»

Consilium oraculi sequentes Phryges cum ad templum Iovis irent, obviam eis venit plaustro vectus... Gordius.

Itaque is est rex creatus.

Cum vero in omnibus negotiis³¹ virum iustum³² ac propositi³³ tenacem³³ se³⁴ praestiterit³⁴ et nullam moram³⁵ praetermisserit, quin iuventutem sibi commissam³⁶ Christianis virtutibus imbueret³⁷ et patriae amantissimam redderet:³⁸ apud omnes summa³⁹ floret auctoritate et observantia.³⁹ Itaque dignum et iustum est, ut «Iuventus» nostra quoque fautori⁴⁰ suo ex imo pectore gratuletur eumque ad salutem patriae iuventutisque diu⁴¹ ac feliciter vivere iubeat.⁴¹ Quod Deus faxit!⁴²

Aladarus Friml.

16 elnök 17 otthona és nevelőintézete 18 alapítója és igazgatója 19 hatalmas 20 főiskolai ifjúság 21 arra a céla szervezett 22 keresztény világnézet 23 irányok és mozgalmak 24 világrend 25 közoktatásügyi tanács 26 kinevez 27 iskolai reformok 28 polgári érdemrend 29 clairvauxi 30 elv, jelige 31 tevékenység 32 igazságos 33 állhatatos 34 mutatkozik 35 pillanat 36 rábízott 37 gazdagít 38 tesz 39 nagy tekintélynél és tiszteletnek örvend 40 jóakaró 41 hosszú és boldog életet kíván 42 = fecerit (Adja Isten!).

II. De nodo Gordensi.

Gordius rex creatus urbem novam condidit eamque de nomine suo Gordium appellavit caputque⁶ totius Phrygiae fecit. Plaustrum autem, quod tam fortunatum⁷ sortis⁷ mutationem⁷ ei tulerat, in templo Iovis positum diligentissime asservandum curavit.

Plaustro nodus erat innexus⁸ et antiqua oracula canebant eum, qui nodum Gordii solvisset, tota Asia esse regnaturum.

Sed per longum tempus nemo nodum solvere potuit. Urbem postea Alexander, rex Macedonum cepit, qui capta urbe cum in templum Iovis venisset, iugum plaustrum requisivit. Cum autem capita loramentorum⁹ intra nodos abscondita¹⁰ reperire non posset, gladio nodum disseciuit¹¹ et hoc modo latentia¹² in nodis capita invenit.

Alexander Magnus, ut omnibus constat, nodo feliciter dissesto totam Asiam brevi sub potestatem suam redigit.

Alexius Czuppon.

1 jós tehetséggel megáldott 2 jósol 3 jóslat 4 teljesülés követ 5 székér 6 főváros 7 szerencsés sorsfordulat 8 beleszó 9 szij 10 elrejtett 11 szétvág 12 lappangó

Michael Faraday.

(1791—1867.)

Michael Faraday, clarissimus ille indagator et inventor machinarum electricarum ex iis est sane, qui de genere humano vel optime meriti sunt. Cum autem his temporibus nomen eius praeclarum ubique in toto orbe terrarum summis, quibus potest laudibus celebretur, dignum esse videtur nobis meritorum eius memoria in his paginae quoque inserere.

Quis est enim qui nesciat, qualia et quanta nobis omnibus vitae commoda¹ per laborem eius praebita sint? *Vita quotidiana nostra paene commutata est*, ex quo Michael Faraday leges ac rationes rerum electricarum mira quadam animi sollertia² invenit. *Vox humana temporis memento per inventa eius in extremas terrae partes mittitur*, itidem *nuntii et litterae immortalitatem quandam adipiscuntur*, cum per aetheris undas usquequaque facillime citissimeque perveniant.

Varias machinas easque vi electrica actas per eum moveri, qui scintillas³ electricas quasi alter Prometheus generi humano utendas donaverit, quis est, qui infitietur?

Itaque talis ac tantus vir, miraculum illud saeculi prioris merito ab omnibus *«pater machinarum electricarum»* appellatur.

Vita eius sane mira est, qui propositi sui tenax ex ignobilitate locorum ad gradum honoris altissimum ascenderit.

Michael Faraday anno MDCCXCI. prope ad urbem Londinium, sedem et caput Britanniae est natus parentibus pauperrimis. Suis iam puer quaestu, quamvis modico, maximo erat adiumento. Fama est enim parvulum puerum recitationibus carminibusque in viis ac plateis Londinii cantandis parentibus suis quaevisse nummulos.

Adolescens libris⁴ compingendis⁴ dabat operam, quorum maximam partem, priusquam possessoribus reddidisset, perlegit. Praecipue autem rerum naturalium miraculis erat effascinatus.⁵ Annum vicesimum secundum agens litteras scripsit *Dawy-o*, clarissimo illi Britannorum physico indagatoriique rerum naturalium, quibus eum

orabat, ut in officinam⁶ suam se reciperet. Qui cum ingenium iuvenis acutum cognovisset, preces eius non repudiavit. Ex hoc tempore Michael Faraday rerum naturalium amore flagrans nullo labore defatigari potuit, quin usque ad mortem populorum ac gentium societati vel maximo esset emolumento inventis suis. *Leges ac rationes magneticae*⁷ quae dicitur *inductionis*⁷ Michael Faraday anno MDCCCXXXI. invenit, cuius anni centesimum recursum posteritas grata memori corde usquequaque nunc celebrat.

¹ kényelem ² leleményesség ³ szikra ⁴ könyvkötés
⁵ elbűvöl ⁶ műhely ⁷ mágneses indukció.

EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Cum quidam dixisset ideo Spartam incolumem stare, quia reges imperare scirent, Theopompus: «Immo — inquit — cives parere sciunt». Plutarchus.

Pythagoricus quidam emerat a sutori¹ crepidas² nummo³ praesenti.³ Paucis diebus post venit ad tabernam, ut eas redderet. Cum diu pulsaret, quidam intrinsecus: «Quid perdis — inquit — operam? Sutor ille, quem quaeris, mortuus et combustus est. Hoc nobis molestum est, non tibi, qui scias eum esse renasciturum». Haec iocans dixit, quia Pythagorici docebant animas mortuorum in alia corpora migrare. At philosophus: «Ille — inquit — tibi vivit. Tu redde, quod debes». Et per clostellum⁴ quattuor denarios in tabernam inseruit. Seneca.

Quidam Socrati dixit hanc sententiam Cleomenis: «Regis officium est amicis bene, inimicis male facere». Tum Socrates: «Quanto rectius — inquit — est amicis bene facere, ex inimicis facere amicos!» Plutarchus.

Demosthenes a carcere atque ex urbe Atheniensium profugiebat. Cum respexisset, vidi nonnullos inimicos citato cursu vestigia sequi. Quare Demosthenes pavidus latebras⁵ quaequivit. At illi eum tandem assecuti⁶ rogaverunt, ut posito metu viaticum⁷ acciperet et adhortati sunt, ne casum acerbe ferret. Demosthenes: «Cur — inquit — non acerbe feram, quod ea urbe careo, ubi tales inimicos habeam?» Plutarchus

¹ varga ² saru ³ készpénz ⁴ kis retesz, tolózár ⁵ rejtekely ⁶ utólér ⁷ útravaló.

Inclyti inventores. (2.)

Brevissima artis aëronauticae historia.

Scripsit Aemilius Láng.

Quaestio aëronavigationis aëronavibus aërostaticis non fuit decisa nec Montgolfierianis nec Charlesianis. Folles enim sive hydrogено sive gas hydrogenio carbonato inflati fluctibus aëris atmospherici ludibrio erant. Quamquam plures conabantur aëronavem regibilem¹ reddere, tamen prima experimenta ad² irritum² redacta sunt.³ Initio enim aëronautae naves velivolas³ imitabantur, quod eventui felici omnino obstabat. Nam viros doctos fugiebat *folles semper in uno eodemque medio⁴ moveri*, cum⁵ naves simul in aqua et aëre natarent et aqua multo maiorem corporibus in se natantibus resistentiam⁶ opponeret,⁶ quam aër. Praeterea vehementer errabant, cum aëronavem ope ventorum et superficiebus⁷ planis⁷ oblique⁷ positis⁷ regere vellent. Primos progressus anno MDCCCLII. *Henricus Giffard* fecit, qui follem in speciem fusis⁸ composuit, et in aëronavi machinam⁹ vapore⁹ actam⁹ 3 IP¹⁰ secum tulit, quae effecit, ut aëronavis tranquillo tempore spatium trium metrorum¹¹ intra 1[“] conficerit.

Ex multis experimentis memorandum esse mihi videtur illud *Renardii* et *Krebsii*, qui anno MDCCCLXXXIV. pro vapore electricitate usi sua aëronavi intra 1[“] sex metra proiecti sunt et intervallum inter oppida Villancourt et Chalais huc illuc tribus et viginti minutis percurrerunt. Qua occasione prima¹² vice¹² factum est, ut aëronauta tam brevi tempore redierit, unde prefectus erat. Qua aëronavi etiam plura itinera confecta sunt, quae illam iam dirigibilem esse testabantur.

Qua re autem omnes difficultates remotae non fuerunt, nodus¹³ quaestionis tantum motorio¹⁴ explosivo¹⁴ ab *Augusto Otto* invento expeditus est.¹⁵ Cuius species est motorium¹⁶ benzinae¹⁶ a *Theophilo Daimler* primum constructum, quod parvo pondere et magno effectu praecipue aptum est ad aëronaves movendas et dirigendas. Quae cum motoriis huiusmodi instructae multo celerius volarent, quam priores, involucra¹⁷ folium tenuia resistentiā aëris compressa, diffissa, immo confracta sunt. Quam ob rem textum¹⁸ ex aluminio intra follem positum est, quod involuerum expassum firmaret.

Albertus Santos-Dumont aëronauta Americanus anno MCMI. Lutetiae Parisiorum aëronavi sua, motorio explosivo 16 HP. instructa turrem Eiffelianam trecenta metra altam circumvolavit. Quo volatu praemium centum milia libellarum¹⁹ auri¹⁹ Francarum¹⁹ adeptus est.

Exinde imprimis a Francogallis plurima aëronavibus diversi typi tentamina facta sunt, sed Germani omnes eventus ab illis consecutos suis effectibus splendidis obscurarunt. *Augustinus Parseval* aëronavem regibilem sollerter excogitatam sine rigida²⁰ structura composuit, quae hydrogeno e folli emissio plicatilis²¹ est et duobus plaustris²² quocunque portari potest. Parseval aëronavem novi typi a se ipso denominatam anno MCMVI. in lucem protulit, qua quattuor annis post et supra Budapestum volabat. Receptaculum²³ hydrogeni²³ aëronavium typi Parsevalini ad figuram piscis est formatum, ex quo thalamegus²⁴ cum motoriis et propulsoria²⁵ dependent. Ad fines machinae bini folles sunt applicati, quibus gas hydrogenio aucto aut deminuto ascensus et descensus fit.

(Ad proximum numerum.)

¹ kormányozható ² meghiusul ³ vitorlás, vitorlával röpülő ⁴ közeg ⁵ míg ellenben ⁶ ellenállást fejt ki ⁷ ferde síkokkal ⁸ orsó ⁹ gözgép ¹⁰ HP = lóerő = *effectus equi (triplici effectu equi)* ¹¹ méter ¹² elsőízben ¹³ csomó ¹⁴ robbanó motor ¹⁵ megold ¹⁶ benzínmotor ¹⁷ burok ¹⁸ szerkezet ¹⁹ aranyfrank ²⁰ merev ²¹ összerakható ²² társzekér ²³ hydr. tartály ²⁴ gondola (navis cubiculata) ²⁵ hajtótézszülék, légsavár.

Testamentum mirum.¹

In Britannia nuperrime mortuus est dives quidam herus, venandi cupidissimus et amantisissimus commodorum naturae,² qui per testamentum³ quae sequuntur, decrevit: «Corpus meum post mortem arcae⁴ simplicissimae imponatur et curru in crematorium transportetur. Nemo me, nisi servus meus exsequatur, qui collapsos cineres⁵ in silva mea disperget!»⁶

Qua ratione herus sibi persuasit corpus suum quam citissime in naturam esse redditurum et fore, ut minutissimā quoque parte suā reviviseret. — Testamentum nimio pere insolitum ubique in Britannia in sermone est.⁷

¹különös ²a természet rajongója ³végrendeletileg ⁴koporsó ⁵hamvaimat ⁶szétszórja ⁷beszélnek rólá.



Mors necopinata Iulii Hegedüs, clarissimi artificis¹ scaenici¹ ingentem luctum afficit patriae. Quando enim parem talis ac tanti viri inveniemus? Certe multae praeteribunt saeculae, dum alias quis invenietur, qui gloriosam eius artem etiamsi non superare, sed aequare² saltem possit. «Multis ille bonis flebilis occidit,» sed fama, quam reliquit, sempiterna erit: laus et gloria eius vigebit usque, per spatia saeculorum immensa.

*

Ex Germania quoque tristissimum acceperimus nuntium. Ulicus Wilamowitz-Moellendorff, vir ille litterarum³ Graecarum Latinarumque studiis inclutissimus,³ octogesimum tertium annum agens Berolini diem obiit supremum.

Patre⁴ militari⁴ natus⁴ adulescens totum se litterarum Graecarum studio dedidit. Anno MDCCCLXX. bello, quod adversus Franco-gallos gestum est, audacissimus miles interfuit. Duobus annis post Graeciam et Italiam peragrabat,⁵ unde in patriam reversus professorisque titulo ornatus Berolini, Gryphiswaldae⁶ et Gottingae⁷ iuventutem studiosam docebat. Dissertationes, quas habuit, praeci-pue Berolini excipiebantur honorificentissime. Ibi etiam Theodorum Mommsen, diligentissimum illum antiquitatis⁸ investigatorem⁸ propius⁹ cognoscere⁹ potuit, quocum postea etiam artissima propinquitate — cum filiam eius uxorem duxisset — coniunctus est.

Ulicus Wilamowitz-Moellendorff cum eximio esset ingenio, incredibili studio totam antiquitatis vitam infinitamque illam rerum varietatem, ex operibus scriptorum et poetarum elucentem¹⁰ amplexus est. Maximi momenti sunt opera eius, diffusa¹¹ sane atque erudita,¹² quae de Platone, Aristotele et de tragedia Graeca scripsit. Idem historiam¹³ criticam litterarum¹³ Graecarum litteris¹⁴ mandavit¹⁴ multaque opera veterum scrip-

torum Germanico¹⁵ sermone¹⁵ interpretatus est.¹⁴ Itaque noster iure a doctissimis «princeps philologorum» dictus est.

¹ színművész ² utolérni ³ hirneves filologus
⁴ 4 kiválasztott ⁵ bekalandozta ⁶ Greifswald
⁷ Göttingen ⁸ történetkutató ⁹ közelebbről megismer
¹⁰ kiviláglik ¹¹ terjedelmes ¹² tudományos ¹³ irodalomtörténet
¹⁴ megír ¹⁵ németre fordít.

Quaedam facete dicta Franco-gallorum.

1. Negotiatorem quandam apud bibliopolam librum, qui «qua ratione divites evadimus» inscriptus erat, empturum familiaris eius Georgius Feydeau aggressus «commonefacio te», inquit, «ut simul et corpus¹ legum¹ poenas¹ sancientium¹ emas.»

*

2. *Balsac, notissimus ille Francogallorum scriptor in lecto cubans insomnis vigilabat. Qui pessulo² subito concrepante³ capite ad strepitum obverso cum lucente³ lucerna³ furem mensam scriptoriam effringentem⁴ videret, in cachinnum⁵ effusus⁵ est. Fur autem cachinno excitus⁶ cessat⁷ in opere atque «cur» inquit scriptori «rides?» «Quidni rideam?» respondet ille. «Me hercule tu quidem mihi stultissimus videris, qui nocte in tenebris ultro⁸ citroque⁸ oberrans⁹ cum clavi¹⁰ adulterina¹⁰ veneris periculo carceris te commissurus,¹¹ si effregisses supellectilem, in qua tametsi sua sibi clavi clarissima solis luce aperirem, ne teruncium¹² quidem inventirem!*

*

3. *Aemilius Vandervelde cum in oppido Jandraix disputationem¹³ contra potum¹⁴ inebriantem¹⁴ haberet,¹³ exemplo demonstratus homines sapore potus inebriantis magis cotidiana assuetudine, quam naturali desiderio delectari, auditores quaesivit, asinus si inter duas amphoras, quarum una aquae, altera vini ex frumento cocti plena esset, constitueretur, utram peteret, «nempe aquae plenam,» inquit quidam ex corona.¹⁵ «Cur?» inquit Vandervelde. «Quia asinus est!» respondit ille.*

Carolus Ács.

¹ buntetötörvénykönyv ² a zár csattanására ³ a lámpa világánál ⁴ feltör ⁵ hahotára fakadt ⁶ felizgul
⁷ abbahagy ⁸ ide-oda ⁹ bolyong ¹⁰ álkules ¹¹ koc-kázat ¹² batka ¹³ értekezik ¹⁴ részegítő ital «alkoholizmus» ¹⁵ hallgatóság.

Corona vitae.

(2.)

Ad fabulam *Felicitis Nabor* Latine scripsit
Valentinus Fehér.

II. Imperator.¹

Tum regnabat Tiberius, qui Claudia gente crudeli ortus erat. Plurimis hominibus occisis satietate² regni captus³ Romam reliquerat et in insulam Capreas se receperat, ubi pulcherrimo templo et splendidissimis hortis aedificatis turpissimae corporis libidini⁴ serviebat.

Iam serus erat vesper, cum Marcus Fulvius et filia eius ad litus pervenerunt. Ibi in lintrem descenderunt et paulo post in insulam egrediuntur.

Vitellius, praefectus⁵ praetorio,⁶ obviam⁷ eis venit⁸ et admirans exclamat:

— Quid vultis? Imperator iam scit deos a te ignominia⁹ affectos¹⁰ et sacrum ignem extinctum esse. Fugite hinc!

— Deduc nos — ait Marcus — ad imperatorem. Ipse cum eo loqui volo.

Vitellius obtemperat.¹¹

— Miseret me tui — inquit Rubinae. — Si te viderit imperator, peribis. Ego maxime te amo.

— De me nihil timueris — respondet Rubina subridens.¹² — Cum adsit mihi pater, nihil timeo.

Ascenderunt in collem, ubi templum Iovis stabat. Tum veniebat comitatus¹³ imperatoris. Tiberius in lectica¹⁴ sedebat. Praeter lecticam albati pueri ibant ramos palmarum ventilantes.

Marcus ad lecticam aggressus magna voce clamat:

— Ave Caesar.

Tiberius pontificem conspicatus hilari vultu dextram ei porrigit.¹⁵

— Salve, Marce Fulvi; deane te huc misit?

— Ultro¹⁶ veni, ut ante tuum tribunal¹⁷ assisterem.

— Novi omnia — ait Tiberius, — quae nuper Romae facta sunt. Gaudeo, quod in dolosos¹⁸ sacerdotes contumax¹⁹ esse²⁰ eisque verum dicere ausus es. Tu solus es Romae mihi fidelis. Vin esse Neapoli aut

Romae praefectus? Quidquid petieris, tibi praestabo. At quis est ista puella?

— Mea filia est, Rubina. Altera mortua est.

— Non potui — inquit Tiberius — illam servare.

— Imploravi deae auxilium — pergit Marcus — ut Sabinam liberaret. Non me adiuvit, non potuit adiuvare. Tum persuasum habui hanc religionem esse falsam. Nunc abeo verum deum requisitum, neque prius Romam redibo, quam eum repperero.

— Suntne dii? — quaerit serio²¹ Tiberius. — Ego iam dudum²² non credo hanc exoletam²³ opinionem. Nobis tamen illā opus est, qua populuni coerceamus.²⁴ Homines enim, qui non iam credunt bona, sed mala, solā duritiā contineri²⁵ possunt. Is, qui homines movere potest, ut bonum ament et faciant, deus est. Sed ille non venit.

— Oportet eum venire — ait Marcus — et hominibus aperire veritatem.

— Ostende mihi illum, ei me submittam.²⁶

— Requiram illum sique repperero, huc afferam.

— Fac sis²⁷ hoc, Marce, maximum mihi praestabis officium. Redi quam primum, libera me cruciatu, peccatis, angore²⁸ conscientiae,²⁹ desperatione.³⁰

Manus significatione foribus³¹ apertis Marcus cum Rubina discedit.

— Concede mihi — ait Vitellius — amplissime³² Augste, ut ego quoque abeam deum illum requisitum.

— Miles — inquit Tiberius — unum deum habet, imperatorem. Idcircone vis me relinquere, ut Rubinam sequaris?

— Etiam. Magis amo illam, quam vitam meam.

— Heu te servum! — clamat Tiberius — coniicere oculos audes in feminam, quae placeat imperatori?! Nescis hoc esse nefas

¹ császár ² megún ³ kicsapongás ⁴ a testőrség kapitánya ⁵ élébe megy ⁶ meggyaláz ⁷ engedelmeskedik ⁸ mosolyog ⁹ kíséret ¹⁰ gyaloghító ¹¹ nyújt ¹² magamtól ¹³ itélőszék ¹⁴ csalárd ¹⁵ dacol ¹⁶ komolyan ¹⁷ régötá ¹⁸ elavult ¹⁹ megfélez ²⁰ féken tart ²¹ meghajol ²² sis = si vis ²³ lelkismeretfurdalás ²⁴ kétségeesés ²⁵ ajtó ²⁶ méltóságos.



maximum? Nescis te stare coram deo teque esse canem miserrimum?

Vitellius superbiā stimulatus²⁷ subsilit²⁸ et pugno²⁹ minaciter elevato clamat:

— Non es deus, sed tyrannus et homicida!³⁰

Gladium educebat, cum decem milites assiliunt eumque prosternunt.³¹

— Vincite³² eum — iubet imperator. —
Cras mane avehetis eum in metalla³³ Sardiniana.

27 izgatva 28 fölugrik 29 ököl 30 gyilkos 31 leteper
32 megkööz 33 bánya.



Locosa.

Horologium purgatum.

Maritus ad uxorem: Nescio plane, quid horologio meo acciderit. Machina eius moveri desiit.

Uxor: Forsan purgatione eget. I modo ad artificem¹ horologiorum,¹ qui id tibi diligenter purgabit.

Martha, filiola, hilari animo: Evidem hoc haud necessarium esse putem; mane enim cum Petro horologium *in alveo*² *accuratissime abluimus*!

Ultio.

Creditor in foribus ad servum: Quid hoc? Tute heri ianuae³ aditu³ me³ arcueras,³ nunc autem ad dominum intrare me sinis? Quanta mutatio rerum!...

Servus: In hac re perquam⁴ exiguum⁴ sapere⁴ videris. Domini⁵ mei copiam⁵ tibi do,⁵ quia hodie *iratissimus* ei sum.

Mendacem oportet esse memorem.

Mendicus: Res meae olim, domina, meliore loco erant. Nunc, eheu, in summa infelicitate versor.

Domina: O hominem miserum! Mense superiore, nisi animus me fallit, etiam *claudus altero pede* fuisti!

Manubrium⁶ novaculae.⁶

Hospes in mensa novaculam suam ponens: Potesne, tonsor,⁷ hac novacula barbam meam abradere?⁸

Capitum et capillorum concinnator:⁷ Sane quidem. Modo, si manubrium satis validum est, neque *in radendo* frangitur...

Exactores⁹ duo.

— Exactorem pecuniarum a te quaeri audivi.

— Et quidem duo mihi exactores opus sunt.

— Cur duo?

— Quia non modo novum quaero, sed etiam priorem, quem habui, qui, furcifer, magnam vim pecuniae furatus,¹⁰ aufugerat.

Felicianus Gondán dr.

1 órás 2 kád 3 elzártad előlem az ajtót 4 egyál-tan nem értesz ehhez 5 uram elé bocsátlatok 6 borotványel 7 borbény 8 borotvál 9 pénzbeszedő 10 ellop



I.

1	E	2		3		4	E	5		6
E		I		7	B					I
8	E			R		9		N	I	
	10	11	S	12		13	14	S		
15	16	O		17	R	18		19		20
				P						
22	A	23	24	25	T		26	27	S	28
Y		29	B			30	T			C
				31		32				
33		G		S		34		M	N	
S				35	I			E		
36	E		P		37	U				M

Series directae:

1. terror Danaum, defensor Troiae

4. gloria spesque Phyrgum

7. adv. loci
 8. gubernator
 9. nomen gentilicium
 10. mane cadit, laetas facit segetes
 13. sponsor, obses
 15. pron. possess.
 17. altare; ture calet
 19. homo stultus, insipiens
 21. adv.
 22. cognomen Mantuani poetae
 25. imperat. verbi: ire
 26. immanis bestia est
 29. fut. verbi: ire
 30. adv., aliter: sic, haud secus
 33. serpens
 34. regio Italica (genit.)
 35. pron. possess.
 36. mater Agamemnonis et Menelai
 37. ... corda!

Series libratae:

1. fluvius Lydiae, auro turbidus
 2. Romani fori gloria
 3. quae, paterna, arator bobus exercet suis
 4. Telamone satus, aemulus Ulixis
 5. Sycheia coniunx, etiam Dido appellata
 6. oppidum Hispaniae Baeticae, hodie Guadalcanal dictum
 11. vultus, facies
 12. Musa
 14. praepositio
 16. fructus vitis est
 17. corniger deus, quem Aegyptii venerebantur
 (ablat.)
 18. gero, duco
 20. ... publica
 22. oppidum Cariae
 23. ringor
 24. praepositio
 27. tribus
 28. promontorium Acarnaniae, in cuius oris
 Antonius victus est
 31. pronomen demonstrativum
 32. dea Niliaca

II.

- tibia
 pars oris
 idoneus
 rex Ponti
 terra altrix Ulixis
 pecunia
 aliter Danubius
 avis
 Aeolides, quilongi
 laboris erat dam-
 natus.

Primae litterae nomen consulis Romani dabunt,
 cuius memoriam tristia Trasimena litora pro-
 rogant.
Alexander Skripecz
 disc. Budapestinensis.

Solutiones aenigmatum Numeri 1-2.

$$I. x+2x+1 = 100;$$

$$3x = 100 - 1;$$

$$x = 99 : 3 = 33.$$

Super lacum 33 anseres volabant.

II. *Terentia.* (Uxor M. Tullii Ciceronis).

III. *Primus inter pares.*

IV. *Vincere scis Hannibal, victoria uti nescis.*

V. *Icon, lupa, vena, prae, nuto, vita, udus, plus: Iuventus.*

Aenigmata recte dissolverunt:

Jos. Berkecz (Csongrád), Julius Nagy, Steph. Berkes, Lad. Asztalos, Col. Faragó, Petrus Dorozsmai (Budapest), Aristides Turopoli, Greg. Tamás (Kaloësa), Lad. Szita (Hajmáskér), Georgia Szilvássy, Ludov. Csizma (Budapest), Lud. Kovács, Franc. Jung (Veszprém).

Praemium Josepho Berkeez et Georgiae Szilvássy sorte obvenit.



Aurelius Simonyi: Epistulam tuam libenter legi. — «Additamentum» quod litteris inseruisti, non aptum videtur, quod cum lectoribus communicetur. Fabula enim, quam de Friderico Magno scripsisti, mutato nomine de aliis quoque multis narratur, praeterea res iam dum perulgata est. — *De reliquis proxime.*

Lege de minuenda ephemeridum amplitudine commutata Iuventus nostra iterum singulis mensibus prodibit. Hic numerus supplementi loco ad novissimum Iuventutis numerum accedit.

Moderator ephemeridis EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,
 ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
 scholarium Catholicorum. — A Katholikus
 Középiskolai Tanáregyesület költségén.
 (Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)